Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/295845

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

6

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**GOZEWINI JANI LONCQ, CORN. JAN. FIL.,**

MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT


## GERARDUS WICHERLINK,

**Almeloënsis.**


A. D. XXI M. MAII, MDCCCLXII, HORA II.


Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLXII.

# THESES.

I.

Probanda sentenlia Cl. Savignyi (Syst. I. p. 156) Gaj. I. § 7 intelligendam esse de responsis Ictorum viventium.

II.

Lex Romana, quae in legibus barbarorum et apud medii aevi scriptores saepuis memoratur, non certam aliquam legum collectionem, sed universe Jus R. indicat.

III.

Germanam furti definitionem exhibet Paulus l. 1. § 3 D. de furtis. Altera nobis obvia in § 1 Inst. de obl. quae ex delicto minus accurate videtur.

IV.

Haud assentior Cujacio (Obser. III. 17) docenti, doli exceptionem oppositam semper facere bonae fidei judicium.

V.

Interdictum uti possidetis in servitutibus praediorum urbanorum positivis dari contendo.

VI.

Vi dejectus interdicto uti possidetis possessionem recuperare potest.

VII.

Electio ex obligatione alternativa ad credetoris heredem et cessionarium transit.

VIII.

Metus causam dans non ipso jure b f. contractus reddit nullos.

IX.

Lex 69 pro socio non est damnanda.

X.

Locus Speculi Saxonici L. I. art. 17 § 1. — Vader unde muder erve nimt de sone unde niht de dochter; it ne si dat dar nen sone ne si, so nimt it de dochter — praeceptum generale continet, neque solas equestris dignitatis personas (uti Eichhorn St. und R. Gesch. II. § 373 Anm. p. 743 docet) spectat,

quamquam haud negandum est ex aliis fontibus patere hanc normam juris jam paullo post Speculum Saxonicum editum in Jure Germanico antiquatam esse.

XI.

Etiamsi convenerit ut dies pro homine interpellet, tamen jure nostro denunciatione opus est.

XII.

Obsignatio minus recte ex art. 1417 C. C. modis quibus obligatio tollitur adnumeratur.

XIII.

Fidei commissarius etiam Jure hodierno loco heredis testatoris est, non vero fiduciarii, uti Curia Suprema statuit.

XIV.

Authenticis instrumentis in art. 1917 C. C. adnumeranda sunt apochae atque apographa telegrammatum exhibita per officiales rei telegraphicae publicae.

XV.

Fide-jussor, defunctus antequam reus principalis qui rationes reddere tenetur aliquid ex causa gestionis debebat, heredem obligatum relinquit.

XVI.

Respublica ex art. 1403 C. C. conveniri potest propter damnum injuria a Regis administris munere fungentibus datum.

XVII.

Non solum primo creditori hypothecario datur facultas pacti art. 1223[b]. faciendi, Sed etiam secundo vel insequenti creditori, in tempus quo primus evasurus sit creditor.

XVIII.

In art. 82 C. M. verbis voor rekening intelligendum est nomine committentis.

XIX.

In litteris cambialibus verba waarde genoten superflua non sunt.

XX.

Creditor hypothecarius qui usus non est art. 297 C. M. assecurationum rei hypothecatae contrahere potest.

XXI.

Judex paganus ex art. 39 n°. 3 de O. I. de sarcinis famuli a domino retentis cognoscere potest.

## XXII.

Doctrina illa, quae Besserungs theorie vocatur, revera theoria poenalis dici nequit, quippe germanis requisitis carens ut fundamentum legislationis poenalis haberi possit.

## XXIII.

Minor sedecim annis, qui errore admissus falsum testimonium jure jurando firmavit, in poenam non incidit.

## XXVI.

Declaratio laesi, de qua in art. 439 C. Q C. sermo est, sufficit licet jusjurandum accedere nequeat.

## XXV.

Jus municipale antiquum in patria nostra merae germanicae originis fuisse atque inprimis e regimine marcarum fluxisse perhibeo.

XXVI.

Institutum Anglo-Saxonicum fidejussionis universalis, quae Frithborg, plegium liberale, Frankpledge dicitur, nunquam in terra continenti exstitisse contra Rogge et Biener contendo: idcirco quoque assentiendum est Viro cl. von Maurer docenti (Freipflege p 39) — In Duetschland und in den ubrigen Theilen des grossen Fränkischen Reiches konnte sich das Geschwornenwesen darum nicht bilden, weil es an der Vorbedingung, nämlich au jenen den Frithborgen und Freipflegen ähnlichen freien Gonossenschaften gefehlt hat-

XXVII.

Majestas populi, quae dicitur, fabula mihi esse videtur.

XXVIII.

Bellum, aequilebrii conservandi gratia susceptum, justum haberi potest.

XXIX.

Praecepta neutralitatis, quae dicitur, a Britannia violata sunt, dum impediebat expeditionem, duce Saldanha, in insulam Terçeiram.

XXX.

Eene inkomsten belasting is af te keuren.

XXXI.

De onderscheiding van gebruik en ruilwaarde is voor de Economie van het hoogste belang en deze steeds het resultaat van gene.

XXXII.

Een eigen privaatrechtelijke regeling (zooals bij den handel reeds heeft plaats gevonden) komt uit den aard der zaak ook aan den landbouw en de industrie toe en moet voor de ontwikkeling van deze takken van productie van het hoogste belang geacht worden.

XXXIII.

De regeling van het vruchtgebruik, zooals die in het N. B. W. wordt aangetroffen, is in vele opzichten niet overeenkomstig met den economischen toestand der hedendaagsche maatschappij.

XXXIV.

Sinds eenige jaren is het mode geworden het recht van beklemming als het non plus ultra van pachtstelsel aan te bevelen; deze aanbeveling is naar mijn inzien veeleer het resultaat van eene eenzijdige en oppervlakkige beoordeeling, dan van eene juiste waardering van dit stelsel.

XXXV.

De zuivere geldpacht is af te keuren.